

lasciniā cogites. Herbarum ergo succo et paucis caricis post triduum vel quadriduum deficientē aīam sustentabat. orans frequēter et psallens et rastro humum fodiens: ut ieiuniorum laborumque labor operis duplicaret. simulque fiscellam (hoc est sportellam) iunco texens: emulabat monachorum egypti disciplinā. et apostoli sententiam: dicentis. Qui autem non operatur non manducet. Sic attenuatus et intantum exhaustus corpore ut ossibus vix hereret: quadam nocte infantium cepit audire vagitus. balatus pecorum. mugitus bouum. plactus quasi muliercularum. leonum rugitus. murmur exercitus. et proorsus variarum portenta vocum. ut ante sonitu quibus aspectu territus cederet. Intellexit hec esse demonum ludibria. et proolutus genibus crucem christi signabat in fronte. talique armatus casside: et lorica fidei circumdatus: iacens fortius preliabatur. quodammodo videre desiderans quos horrebat videre. et sollicitis oculis huc illucque circumspiciens. cum interim ex improvviso splendente luna: cernit redam feruentibus equis super se irruere. Cumque inelamasset ihesum: ante oculos eius repentino terre hiatus pompa omnis illa absorpta est. Tunc ille ait. Equum et ascensorem proiecit in mare. Et hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Multe sunt temptationes eius. et die noctaque varie demonum insidie quas si omnes narrare velim: modum excedam voluminis. Quotiens illi nude mulieres cubantibus ac circumiacentes finxit. et multotiens esurienti largissime apparere dapes. Interdum orantes lupus ululans et vulpecula ganniens transiliuit. psallentibusque gladiatorum pugna spectaculum prebuit. ut unus quasi interfectus et ante pedes illius corruens sepulturam rogaret. Orabat semel fixo in terram capite. et ut natura fert hominibus: abducta ab oratione mens: nescio quid aliud cogitabat: insiliuit dorso eius festinus agitator. et latera calcibus. cervicem flagellando verberans eum inquit curre: cur dormitas? Et cachinnans desuper. si defecisset: an orationem vellet accipere sciscitabat. Igitur a sextodecimo usque ad vicimum etatis sue annum estus et pluvias brevi tugurionculo declinabat quod iunco et caricis texerat. extracta deinceps brevi cellula: que usque hodie permanet. latitudine pedum quattuor. altitudine vero pedum quinque. hoc est statura sua humilior. porro longitudine pauloque ampliore quam eius corpusculum patiebat. ut sepulcrum potius quam domum crederes. Capillum semel in anno pasche die totondit. Supra nudam humum hoc est terram: stratumque iunceum usque ad mortem cubabat. Saccum quo semel fuerat indutus nunquam lavans: superfluum dicens mundicias in cilicio querere. Nec mutabat alteram tunicam: nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturasque sanctas memoriter tenens. post orationem psalmos quasi deo presente recitabat. Et quod longum est per diversa tempora magna ei dicere comprehendam breuiter ante lectoris oculos vitam eius pariter exponens. et deinceps ad narrandi ordinem regrediar. A vicimo primo anno usque ad vicimum sextum. per tres annos dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit. et alijs tribus annis panem aridum cum sale et aqua. Porro a vicimo septimo anno usque ad tricesimum herbis

agrestibus et virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimum quintum annum sex uncias ordeacei panis: et coctus modice holus absque oleo in cibo habuit. Seditiens autem caligare oculos suos et totum corpus impetiginem et pumiceam quandam scabredinem contrahi: ad superiores victum adiecit oleum. et usque ad sexagesimum tertium vite sue annum hoc continentie currit tenore. nihil extrinsecus. aut pomorum. aut leguminis. aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatum: et propinquam putaret imminere mortem: a sexagesimo quarto anno usque ad octogesimum pane abstinuit. incredibili feruore mentis: ut eo tempore quasi novus accederet ad servitutem domini. quo ceteri solent remissius vivere. Fiebat autem ei de farina et comminuto holere sorbimacula. cibo et potu vix quinque uncias appendentibus. Sicque complens ordinem vite: nunquam ante solis occasum. nec in diebus festis. nec in gravissima valitudine soluit ieiunium. Sed iam tempus est ut ad ordinem revertamur. Cum habitaret adhuc in tugurionculo. annos natus decem et octo: latrones ad eum nocte venerunt. vel estimantes habere aliquid quod tollerent. vel in contemptum sui reputantes fieri. si puer solitarius eorum impetus non primesceret. Itaque inter mare et paludem a vespera usque ad solis ortum discurretes: nunquam locum cubilis eius inuenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero. quasi per iocum quid inquit faceres: si ad te latrones venissent? Quibus ille respondit. Rudus latrones non timeo. Et illi certe aiunt occidi poteris. Possis inquit possum. et ideo latrones non timeo: quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam eius et fidem: confessi sunt noctis errorem. deinde vite pollicentes correctiones.

Ugentiduos iam in solitudine habebat annos fama tamen notus omnibus: et per totas palestine vulgatus virbes. Cum interim mulier quedam eleuthropolitane urbis cernens despectui se haberi a viro ob sterilitatem. iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat. prima irrupere causa est ad beatum hilarionem. et nihil tale suspicanti: repente genibus aduoluta. agnosce inquit audacie. agnosce necessitati mee. Quid auertis oculos? Quid rogantem fugis? Noli me mulierem aspicere: sed miseram. Hic sexus genuit saluatores. non habent sani opus medico: sed qui male habent. Tandem substitit. et post tantum temporis visam mulierem interrogabat causas aduentus eius: ac fletum. Et postquam didicit: leuatis ad celum oculis redire eam iussit. eunteque eam lacrimis precitus est. Exacto autem anno vidit eam cum filio. Hoc signorum eius principium aliud maius signum nobilitauit. Aristhene elpidij: qui postea prefectus priorij fuit vxor valde nobilis inter suos. et inter christianos nobilior reuertens cum marito et tribus liberis a beato antonio gaze propter infirmitatem eorum remorata est. Ibi. n. siue ob corruptum gerem siue ut postea claruit: propter gloriam hilarionis huius dei emitritei pariter arrepti: omnes a medicis despati sunt. Facebat ululas mater. et quasi inter tria filiorum discurrens cadauera: que primum plageret nesciebat. Agnito autem quod esset quidam monachus in vicina solitudine. oblita ma-